

Alte Drucke

**CONFESSIO FI=||DEI CATHOLICAE CHRISTIANA
AV=||thoritate Synodi prouincialis quæ habita est
Petr=||couiæ Anno M. D. LI. Mense Iunio ædita: || ...**

Hosius, Stanislaus

Cracoviae, 1553

QVOD VBI LEGITIMA EPISCOPOrum successio est, ibi doctrina Apostolorum,
ibi vera est vna, sancta, catholica Apostolica Ecclesia. Caput. XXVIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150329

ptura, atq; adeò ne reperitur quidem personæ nomen in scripturis de Deo dictum, sicut nec Trinitatis. Nos tñ tres personas dicim⁹, nō qā scriptura dicit inqt Aug⁹, sed qā scriptura nō cōtradicit, & qā sic ab Apostolis, & eorū successori-
 bus traditum acceperimus. Quorum etiam esse traditionē
 vt paruuli baptisentur Dionisi⁹ & Origenes testant⁹. Sed
 & quod in missæ sacrificio pro defunctis oratur, apostolo-
 rum esse traditionem narrat Chrysostomus. Quod de ma-
 ioribus Ecclesiæ causis ad sedem Apostolicam fit referen-
 dum, Apostolos instituisse scribit Zeuerinus Pontifex, &
 martir, quamuis ante eum alij quoq; nonnulli symbolum
 quod vocant apostolicum ab Apostolis confectum esse
 narrant Cyprianus, vel potius Rufinus, illius enim videt⁹
 esse symboli explicatio, quæ Cypriano quoq; inscribit⁹, Hie-
 ronymus, Augustinus, Leo pontifex & alij. Neq; tamē vel
 in actis apostolorum vel in reliqua noui testamenti scrip-
 tura vniuersa vlla fit eius rei mentio. Sed quorsum attinet
 singulas Apostolorum traditiones enumerare, quarū bo-
 nam partem inuenire licet apud Origenem, Tertulianum,
 Athanasium, Basilium, Hieronymū. Multa esse refert Au-
 gustinus quæ neq; in literis Apostolorum, neq; in concilijs
 posteriorum reperiuntur: & tamen quia per vniuersam cu-
 stodiuntur Ecclesiam non nisi ab ipsis Apostolis tradita et
 comendata creduntur.

QVOD VBI LEGITIMA EPISCOPO-

rum successio est, ibi doctrina Apostolorum, ibi

vera est vna, sancta, catholica Apostolica

Ecclesia. Caput, XXVIII.

Didicimus

Li. 7. de Tri-
 ni. cap. 4.

Libro. 5.

Ca. 7. ecclesi.
 hierarchie.

Li. 5. in epis.

ad Romanos

Homi. 3. in es

pis. ad Phil.

Ad Pammaz

chium aduer

sus Hereses 10

anni. Hieros

solimitani.

Serm. 115. &

181. de tēpore

Epi. 24. & 13

Ho. 5. in nuz

meros.

De coro. mili.

In li. de varijs

questionibus.

Li. de spi san.

ca. 23. & 29.

Li. 2. ca. 7. de

baptismo par

uulorum.

IDICIMVS ergo iam, ibi esse Apostolicam Ecclesiam, vbi est doctrina Apostolorum. Porro doctrina Apostolorum ibi est, vbi est legitima Episcoporum successio, à temporibus Apostolorum ad hęc usque nostra, quæ successio vbi non est, ibi non est Ecclesia Christi, sed Satanæ synagoga. Hanc Ecclesię notam quia non habent, non agnoscunt Hæretici, nam neque traditiones Apostolicas admittunt, cum Arianis atque alijs hæreticis nihil præter scripturas recipientes. Neque ferre possunt aures eorum, vt de legitima Episcoporum successione quicquid dicatur. Nobis verò, tantò maiore alacritate excipienda est nota hæc, quātò magis abhorrere ab illa hæreticos & schismaticos videmus, quandoquidem non fuit ferè quisquam sanctorum patrum, qui non eam inter præcipuas Ecclesię notas numerauerit. Ireneus apostolorum temporibus fuit proximus, eius hæc verba sunt. Agnitio vera, est Apostolorum doctrina, & antiquus Ecclesię status in vniuerso mundo, secundum successiones Episcoporum, quibus illi eam quæ in vno quoque loco est Ecclesiam tradiderunt, quæ peruenit usque ad nos custodita. Et alio loco ipsi tantum Episcopis obedire iubet qui successionem habent ab Apostolis, qui cum successione Episcopatus charisma veritatis acceperunt, reliquos verò qui absistunt à principali successione, quocumque loco colligantur suspectos haberi vult. Neque multo posterior Tertulianus, vbi de hæreticis ait: Cupio inquit, ostendat mihi ex qua authoritate prodierint, edant origines Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem

Li. 4. Ca. 63.

Li. 4. Ca. 43.

De prescrip.
aduersus hæreticos.

N in vt primus

ut primus ille Episcopus, aliquem ex Apostolis vel aposto-
 licis viris qui tamen cum Apostolis perseverauerit habue-
 rit authorem & antecessorem. Hoc enim modo Ecclesie
 Apostolica census suos descriunt, sicut Ecclesia Smirneorū
 Policarpum à Ioannē collocatum refert, sicut Romanorū
 Clementem à Petro ordinatum edit, proinde utiq; & cetera
 exhibent quos ab Apostolis in Episcopatū constitutos
 apostolici semini traduces habeant. Confringant tale aliqd
 hæretici. Porro Cyprianus, tantum huic notæ tribuit, ut Ec-
 clesiam esse dicat, plebem sacerdoti suo adunatam, & pa-
 stori suo gregem adherentem, ac adducens verba illa Pe-
 tri: Domine ad quem ibimus verba vitæ æternæ habes: lo-
 quitur inquit ibi Petrus, super quem ædificanda erat Eccle-
 sia, docens, & si contumax & superba audire nolentiū mul-
 tudo discadat, quod Ecclesia tamen Christianorum non
 recedit, ad extremum scire debes, inquit, Episcopum in Ec-
 clesia esse, & Ecclesiam in Episcopo, & si qui cū Episcopo
 non sint, in Ecclesia non esse, & frustra sibi blandiri eos, qui
 pacem cum sacerdotibus Dei non habentes obrepunt, cū
 Ecclesia quæ catholica vna est, scissa non sit neq; diuisa, sed
 sit utiq; connexa, & coherentium sibi inuicē sacerdotū glu-
 tino copulata. Ac rursus ad Magnum scribens: Ecclesia in-
 quit vna est, quæ vna intus esse & foris non potest. Si enim
 apud Nouatianum est, apud Cornelium non fuit, si verò
 apud Corneliū fuit, qui Episcopo Fabiano legitima or-
 dinatione successit, Nouacianus in Ecclesia non est. Ibi in-
 dicauit Ecclesiam esse Cyprianus vbi fuisset papa Corne-
 lius. Neq; dissimiliter Hieronymus qui scribens ad Dama-
 sum,

Li. 4. Epist. 9

Li. 1. Episto. 6

sum,

lum, faceſſat inquit inuidia, Romani culminiſ recedat am-
bitio, cum ſucceſſore piſcatoris & diſcipulo crucis loquor.
Ego nullum primum niſi Chriſtum ſequendum, beatitudi-
ni tue id eſt cathedræ Petri communionē conſotior, ſuper
illam Petram ædificatā Eccleſiam ſcio, quicūq; extra hanc
domum agnū comederit, profanus eſt, ſi quis in arca Noe *Genefis. 7.*
non fuerit, peribit regnante diluuiō: ac paulo poſt: Nō no-
ui inquit Vitalem. Meletum reſpuo, ignoro Paulinum, q̃
cumq; tecum non colligit, ſpargit, qui Chriſti non eſt, Anti-
chriſti eſt. Sic ille vir ſanctiſſimus iuxta ac doctiſſimus, q̃
cumq; cum ſucceſſore piſcatoris Damaso papa non collig-
gerent, ſataniſtas & antichriſtos eos haberi voluit. Itaq; ni-
hil habere cum illis commune volebat, quod apertius etiā
in proxime inſequenti ſcribit Epistoſa, In tres inquit partes
ſciſſa Eccleſia, ad ſe rapere me ſeſtinat. Ego interi clamito
Si quis cathedræ Petri iūgitur, meus eſt, Meletius, Vitalis,
atq; Paulinus tibi herere ſe dicunt, poſſem credere ſi hoc va-
nus aſſereret: Nunc aut duo mentiuntur, aut omnes. Tan-
ta fuit Apoſtolica ſedis authoritas, vt illi ſe hærere etiam
hæretici fingerent, cui qui non eſſet iunctus, eum pro ſuo nō
habebat Hieronymus. Qui quod eo loco ſcribit, idem etiā *Li. 5. Capi. 3.*
Theodoritus teſtatur, de Paulino, deq; Apolinari quod a-
ſeuerabat vterq; ſe cum Damaso ſentire, quo facilius mor-
bum ſuum tegere poſſit. Auguſtinus in pluribus locis no-
tam hanc agnoſcit, qui diſertis etiam verbis, extra Eccleſiā
eſſe pronunciat, qui relicto epifcopo, Dei ordinatione ſuc-
cedanea preſidente, aut ſibi metiſſis, aut ſemetiſſos conſti-
tuunt Epifcopos, prepoſitos, primates, Cuius hæc etiā ver-
ba leguntur

*Contra epist.
Manichei. ca.
4.*

ba leguntur. Multa sunt quæ me in Ecclesiæ gremio iustifi-
cari tenent. Tenet consensus populorum, atq; gentium, te-
net autoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate
aucta, vetustate firmata, tenet ab ipsa sede Apostoli Petri,
cui pascendas oves suas dominus post resurrectionem suâ
commendauit, usq; ad præsentem episcopatum sacerdotû
successio, tenet postremò ipsum catholicæ nomē, quod nō
sine causa inter tã multas hæreses, sic ista Ecclesia sola ob-
tinuit, vt cum omnes hæretici se catholicos dici velit, que-
renti tamen peregrino alicui, vbi ad catholicam conuenia-
tur: nullus hæreticorum vel basilicam suam, vel domum
audeat ostendere. Rursus in psalmo contra partem Do-
nati: Numerate inquit sacerdotes, vel ab ipsa Petri sede, &
in ordine illo patrum quis cui successit videte, ipsa est pe-
tra, quam non vincunt superbiæ inferorum portæ. Quod
autem in eo psalmo scripsit, In epistola ad Generosum ipse
fecit, ac Romanos Episcopos inuicem sibi succedentes enu-
merauit: A Petro usq; ad Anastasium, quibus enumera-
tis in hoc ordine inquit successionis, nullus Donatista Epi-
scopus inuenitur. Quod idē ab Oprato quoq; qui fuit æ-
qualis Augustini factum legimus. Is contra Parmenianū
scribens, eum scire dicit Petro primo cathedram episcopa-
lem esse collatam, in qua sederit omnium Apostolorū ca-
put Petrus, indē Cephas appellatus est, in quo vno cathe-
dræ vnitas ab omnibus seruaretur, vt iam schismaticus es-
set, qui contra singularem cathedram alteram collocaret.
Ergo cathedra vnica quæ est prima, sedet prior Petrus, cui
successit Linus, ac enumeratis usq; ad Sericium qui tum in
cathedra

*In principio
tomi 7.*

Epi. CLXV.

*Lib. 2. contra
Donatistas.*

cathedra Petri sedebat Romanis Pontificibus, Vestra inquit cathedræ vos originem reddite, qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vendicare. Simili enumeratione successione Pontificum Romanorum, usus est antiquissimus Ireneus, quo in loco simul illud asseuerat, quod ad Romanam Ecclesiam propter potentioris principalitatem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est eos qui sunt vndique fideles, in qua semper conseruata est ea quæ est ab Apostolis traditio. Longum esset singulos enumerando recensere qui ex hac nota successionis Apostolicæ Ecclesiam agnoscendam esse putauerunt. Quæ in sententia cum fuerint antiquissimi Ireneus, Tertulianus, Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, Optatus, nota hæc Ecclesiæ quam sancti patres omnes agnoscunt vna omnium clarissima, maximeque Ecclesiæ propria est habenda, quantumlibet reclamantibus hæreticis, qui eam sibi nulla ratione possunt arrogare. Quibus & nos cum Tertuliano, & Optato dicere possumus. Ostendant ex qua authoritate prodierunt, edant origines Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum, reddant originem cathedræ suæ, confingant saltem aliquid de successione legitima, sed neque quod confingant habent. Nam illud in confesso est non modo nullam esse apud illos sacerdotum & Episcoporum successionem qui ante triginta hos annos nati sunt, verum etiam eorum Ecclesias, nunc quoque sacerdotibus & Episcopis legitime ordinatis, præterquam si qui à catholica defecerunt, prorsus carere. Quamobrem apud eos templa videre licet, sicut sacrificio, ita & sacerdotio destituta in horrea nonnulla, ple-

O

raque in

Lib. 3 Cap. 3

Li. I. Epist. 3.

racq; in stabula nè dicam in caulas conuersas. Egregia verò Ecclesia, in qua nullus Episcopus, nullus sacerdos, nullum est sacrificium, in qua cuius de fece vulgi, prorsus illotis quod aiunt manibus, & ad sacramentorum, & ad verbi ministerium citra vocationem vllam legitimam accedere licet. Quare cum ipsi in Ecclesia non sint, illud omni ope contendunt & elaborant, vt ne vlla sit Ecclesia. Cum enim nisi vna sit vlla esse non possit, vna autē esse nequeat nisi ex vno pendeat qui prefit omnibus, ad vnum hūc expugnandum suas omnes machinas conuertūt, quod ideo per membra sua facit sathanas, sicut à Cypriano scriptū ē, ideo præpositum Ecclesiæ sua infestatione persequitur, vt gubernatore sublato, atrocius atq; violentius circa Ecclesiæ naufragia grassetur. Itaq; Satanistarum, non est maius aliud studium, quam vt quem Christi vicarium, quem Petri successorem esse vident, cuius ministerio fieri perspiciūt, vt in Ecclesia spiritus vnitas in vinculo pacis retineatur, eius authoritati detrahant, eum inuisum et exosum reddāt omnibus. Aliter enim dispergere cum satana non possunt, nisi quo ministro Christus vtitur, in colligendo grege suo, quem precioso sanguine suo redimere dignatus est, ab eo quam fieri possit maximè voluntates hominum auersas reddant. Quemadmodum, qui vult regnum euersum aut aliquam in eo seditionem concitatā, caput regni petit imprimis, illud famosis libellis proscindit, & quibuscunq; pot artibus in odium & contemptum omnium adducere conatur. Sic illi, dum huc vnum student, vt Ecclesiam perturbent, vt illius vnitatem scindant, caput Ecclesiæ sub Christo capite

sto capite, quibusmodis possunt etiam confectis criminati
onibus oppugnant. Intelligit sathanas: quod etiam à Cy-
priano scriptum est, concordiam simul iunctam omnino
vinci non posse. Quamobrem sicut lupo ouem à grege se-
cernere, sicut accipiter columbam ab agmine volantiū se-
parare, sic ille, cum sibi satis aduersus omnes virium non
esse videat, circumuenire querit solitudinem singulorum.
Ac per quem fieri videt vt simul iungantur omnes, eū om-
ni ratione cupit euersum. Sed ex satanæ insidiæ, cauendæ
sunt p̄s omnibus, tantoq; maiore studio enitendum illis
est, vt in vna sancta, catholica, apostolica Ecclesia perseue-
rēt, quemq; illi presidere suo loco Christus voluit, ei dicto
sint audientes, ad eum si qua sit de fidei dogmatibus dubi-
tatio exorta referant. Nam hoc ita fieri oportere, ab ipsis
Apostolis institutum est, neq; secus fuit vnquam in Eccle-
sia catholica obseruatum. Habentur libri conciliorum, in
quos nō mō acta synodorū, verū etiā epistolæ multorū s̄c-
torū p̄tificū & martyrorū sunt relatæ. Legat qui volet Ana-
cleti, Euaristi, Aelxandri, Seuerini, Marcelini, Corneli, Lu-
ci, Melchiadis, Marci, Iulii, Innocenti, Damasi, Leonis, A-
gathonis, Gelasii, Hormisdæ epistolas, non aliter se rē ha-
bere perspiciet. Verum & ex quatuor illis concilijs quæ ha-
ud aliter atq; quatuor Euangelia recipiuntur ab omnibus
ijs qui Christiani cēseri volunt, idem ipsum cognoscet. Ne-
q; diuersum reperiet in Ecclesiastica historia vbi comme-
moratur, consilium quoddam Antiochiæ celebratum, au-
thoritatem vel hoc nomine non habuisse, quod ei nec Iulius

Socrates. li. 2.
capite. 8.

O ñ

us interfuit

Epistola. 90.

Epistola. 92.

*Socrates lib.
2. capite. 11.*

us interfuit maximæ Romæ Episcopus, nec in locum suū
aliquem destinavit, cum utiq; regula Ecclesiastica iubeat,
non oportere præter sententiam Romani Pontificis conci-
lia celebrari. Extat inter Augustini Epistolas vna, patrum
concilij Carthaginensis in qua petunt ab Innocentio Pa-
pa, vt concilij sui statutis Apostolicæ sedis adhibeatur au-
thoritas. Extat & alia eiusdem argumenti, ab Augustino et
ceteris Episcopis in concilio Milenitano congregatis scri-
pta, cui respondens Innocentius, diligenter inquit & con-
grue apostolico consulitis honori, honori inquā illius, quē
solicitude manet omnium Ecclesiarum, super anxijis re-
bus quæ sit tenenda sententia, antiquæ scilicet regulæ for-
mam sequuti, quam toto semper ab orbe, mecum nouistis
esse seruaram. Ac paulo post: Scientes quod per omnes p-
uincias, de apostolico fonte petentibus responsa semper e-
manant, presertim quoties fidei ratio ventilatur, arbitror
omnes fratres & Episcopos nostros, non nisi ad Petrum, id
est sui nominis & honoris authorem referre debere. Quod
autem à patribus in Aphricano & Milenitano concilio cō-
gregatis, idem cum ab alijs, tum ab his qui cum Athana-
sio conuenerant Alexandria, factum esse legimus. Sed qd
catholicos commemoramus, quorum nemo fuit vnquam
qui de fidei causis, si quid esset in dubium Vocatum non ad
sedem Apostolicam referendum esse putaret. Etiam hære-
ticos id fecisse Ecclesiastica docet historia, vbi legitur Eu-
sebius constantinopolitanus Episcopus ad pōtificem Ro-
manum Iuliū misisse, atq; ab eo petiuisse, vt in causa Atha-
nasij iudex ipse vellet. Quin tota illa synodus Episcoporu
quæ

quæ fuit Antiochio cum Eusebio congregata, acta sua es
iusdem Pontificis iudicio comprobari petiuit. De Fortuna
to pseudo episcopo ab hæreticis constituto, deq; Basilide,
quod ad Petri cathedram appellauerit, memorię prodidit
Cyprianus. Fecit idem Petrus Habailardus Bernardi tē-
poribus. De Celestio verò scribit Augustinus, quod is bea-
ti Papæ Innocentijs literis non est ausus obsistere, immo se
omnia quæ sedes illa damnauerat damnaturum esse pro-
misit. Idem hoc factum est à nostri temporis hæresiarcha,
cuius hæc uerba sunt ad Leonem decimum Beatissimo pa-
pa, prostratum me pedibus tuæ beatitudinis offero, cum
omnibus quæ sum & habeo, uiuifica, occide, voca, reuoca,
approba, reproba, vt placuerit, Vocem tuam, Vocem Chris-
ti in te presidentis & loquentis agnoscam. Quamuis hæc
illius hipocrisis non diutius quam illa Celestij durauerit.
Neq; verò sine causa factū esse tāta fuit semp Romanæ Ec-
clesiæ authoritas, in qua sicut scribit Augustinus apostolicę
cathedræ semper viguit principatus. Nam cum aliæ om-
nes Ecclesiæ quibus Apostoli prefuerunt, à fide defecerint,
sola hæc sancta & apostolica mater, mater omnium Eccle-
siarum, Christi Ecclesia, per omnipotentis Dei gratiam, à
tramite apostolicę prædicationis nunquam errasse, nec he-
reticis nouitatibus deprauanda succubuisse probatur, sed
quam ab exordio fidei Christianæ normam, ab ipsis Apo-
stolis acceperit, in ea semper illibata permansit. Defecit Iero-
solimitana Ecclesia cui presedit Iacobus, defecit Achaia
vbi Andreas, defecit Asia vbi Ioannes, defecit India vbi
Thomas, defecit Persis vbi Iudas, defecit Aethiopia vbi

Li. I. Epi. 3. et
4.

Ber. epi. 109
Augu. de pec-
cato origina-
li. li. 2. ca. 7.

Epi. 142.

O in Mathe

Matheus, defecit Frigia vbi Phillipus, defecit Græcia vbi
Paulus, sola fuit & est Ecclesia Romana, ad quam sicut
Li. 1. Epist. 3. præclare scribit Cyprianus nunquam actum habere po-
Libro. 3. tuit per fidia. De qua scribens ad Rufinum Hieronymus,
Galat. 1. Scito inquit, Romanam fidem, apostolica voce laudatā,
istiusmodi prestigias non recipere, etiamsi angelus aliter
ānunciet quam semel prædicatum est, Pauli autoritate
munitam non posse mutari. Ad Damasum quoq; scribens
Li. 1. cō. Rusi. apud solos Romanos incorruptam seruari dicit Patrum
authoritatem. Quodam etiam loco Romanam fidem eā-
dem esse vult fidem catholicam. Fidem suam inquit quā
vocat: eamne? qua Romana pollet Ecclesia, an illam quē
in Origenis voluminibus continetur? Si Romanam respō-
derit, ergo catholici sumus. Rursus ad Pammachium, &
Oceanum scribens. Quisquis es inquit, assertor nouorum
dogmatum, quæso te, vt parcas Romanis auribus, parcas
fidei quæ Apostolico ore laudata est. Cur post quadringē-
tos annos docere nos niteris quod ante nesciuimus? cur p-
fers in medium quod Petrus & Paulus edere noluerunt?
vsq; ad hunc diem sine ista doctrina mundus Christianus
fuit? Illam senex tenebo fidem, in qua puer natus sum. Vt
Zoso. l. 7. c. 4. q; adeo autem Romana fides catholica semper fides est
habita, vt Gratianus Imperator quo imperante vixit Hie-
ronymus noluerit de fide disputari, verum ædictum fece-
rit vt cuncti subditi eam religionem retinerent, quam ver-
tex apostolorum Petrus inicio tradidisset, ac tum Damas-
sus Romanus Episcopus custodiret, quod non modo in
Ecclesiastica legitur historia, verum etiam ædictum ipsum
in codice

in codicem imperatoris Iustiniani relatum est. Ex his omnibus perspicuum cuius esse potest ex eo tempore quo Christus in cœlum ascendit, quantum fuerit Apostolica hoc ē Romanæ semper Ecclesiæ tributum, ad quam de fidei causis referebatur, quod ibi potissimum sarcita iri damna fidei spes esset ubi non posset fides sentire defectum. Quam solius sedis huius prerogativam esse dicit Bernardus. Et sunt interea, qui nescio cuius Vittembergensis heri quod aiunt & nudius tertius natæ Ecclesiæ indicio scripta sua subijcere malunt, quam illius omnium antiquissimæ sanctissimæq; Ecclesiæ, cui totam doctrinam Apostoli, cum sanguine suo profuderunt, cui Euangelium suum Petrus & Paulus, sanguine quoq; suo signatum reliquerunt. Quæ mille iam quingentis, & amplius annis ita est catholica semper & apostolica habita, nūquam ut vlla fuerit hæreseos labe maculata. In qua videre etiamnum licet viros & vitæ sanctimoniam & doctrinam prestantissimos. Neq; enim existimandum est si quando ad Petri cathedram de causis maioribus refertur solum esse Paulū aut Iulium pōtificem qui de illis iudicet. Habet ille lateri suo assidentes totius orbis viros doctissimos quibus ipse minie doctrina secundus præsidet, de quorū cōsilio de rebus gravioribus pronunciat. Quamobrem ferendi non sunt, qui pontifici se dicto audientes fore profitentur, non autē Paulo aut Iulio, sibiq; hoc arrogāt suum ut esse velint iudicium, quando ut Pontifex, quādo ut Iulius decernat. Quæ si semel admisse fuerint captiones, omnis erit ē terris obedientia sublata: Cur enim non eadē ratione sibiumat quisquam, ut de Regis sententia iudicet quod

*C. de summa
trini. Lib. I.*

Epist. CXC

quod Sigismundum non autem regem pronunciaſſe dicat: nihil capione hac pernicioſius cogitari poteſt.

QVOD FIDES ECCLESIAE PROPTER
ea deferenda non ſit quod præſident illi quandoq; q
vitæ non omnino ſunt inculpatæ. Ca.

XXIX.

Epistol. 137.



AEterum verū eſſe illud comperimus quod
ab Auguſtino ſcriptum eſt, quod cum nō ha-
beant hæretici quod in cauſa ſuæ diuiſionis de-
fendant, non niſi hominum crimina colligere affectant, &
ea ipſa plura falſiſſime iactant, vt quia ipſam diuinæ ſcrip-
pturæ veritatem qua ubiq; diſfuſa Chriſti Eccleſia com-
mendatur criminari & obſcurare non poſſunt, homines p
quos predicatur adducant in odium de quibus fingere qd
quid in mentem venerit poſſint. Nunquam enim id ab vl-
lis hæreticis tam eſt impudenter factum, quam hoc infœ-
lici noſtro ſæculo fieri videmus. Cum enim ſe malam ha-
bere cauſam intelligant, ad eas artes ſe conuertant quibus
vti conſueuerunt n̄ qui malas cauſas defendendas ſuſcepe-
runt. Cumq; ſint in Rhetorum preceptis diligenter exerci-
tati non alia in re magis laborant, quam vt odio, inuidia,
& huiuſmodi motibus animorum excitandis, hominibus
imperitis errorem obſcure queant. Quamobrem Eccleſiæ
preſides, præcipue vero Chriſti Vicarium Petriq; ſucceſ-
ſorem falſis etiam criminationibus in odium & contemp-
tum omnium adducere conantur. Quæ eſt autem iſta tam
infana